UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae Therinae

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

LXIIX. In aedes Sigismundi Feierabendij, Bibliopolae Francofurtensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

Visual Library

Cur triplices vultus, arcanaque ſacra Dianæ,
Inſcia gens coluit, quæris, ERASME, Dei?
Luna regit menſes: ſiluas regit ipſa Diana:
At grauidas matres Ilithiya regit.
Pro Dijs, naturas rerum coluiſſe putanda eſt:
Qui regit has, rex eſt vnicus ipſe Deus.

LXVII.

In Zoilum.

Abſentem laceras, præſentem ZOILE laudas:
Nec malè ſic dicis, nec facis ipſe mihi.

LXIIX.

In ædes Sigismundi Feierabendij, Bibliopolæ Francofurtenſis.

Miraris forſan magnas, quas conſpicis, ædes
Hoſpes: mirari deſine, quiſquis ades.
Namque SIGISMVNDVS ſibi non has ex-(ſtruit uni:
Omnibus has cupit hic nempe patére ſuis.
Omnibus vt pateant, magnas has eſſe neceſſe eſt:
Nec dominum capiunt hæ tamen vſque ſuum.

LXIX.

E Græco.

Pythagoram ſculptor poterat formare loquentem:
At nunc Pythagoram ſponte ſilere iuuat.